Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



In prima missa. In natiuit̄ dn̄i.

OM PS DS QVI incarnatione unigeniti sui mundi tenebras effugauit. & eius gloriosa natiuitate hanc sacratissimā noctem irradiauit. effuget a uobis tenebras uitiorū. & irradiet corda ur̄a luce uirtutum.

Quiq; eius sacratissime natiuitatis gaudiū magnum pastoribus ab anglo uoluit nuntiari. ipse sup uos benedictionis sue gratissimū imbrem infundat. atq; ipso pastore uos ad eternorū gaudiorum semp uirentia pascua pducat.

Et qui p eius incarnationē terrena celestib' sociauit. interne pacis & bone uoluntatis uos repleat nectare. & celestis milicie consortes efficiat.

Quod ipse prestare dignet̄. cuius regnū & imperium sine fine pmanet in scl̄a scl̄or̄.

Benedictio d̄i patris. & filii. & spc̄ sc̄i. descendat sup uos.

Et pax dn̄i sit semp uobiscum. Et cum spū tuo.

BENEDIC DN̄E Ad scd̄am missam.

B populū tuum natalis tui mysterio gloriantem. da eis firmitatē fidei. expectationē spei. dulcedinem caritatis.

Vt talibus tue gr̄e muniti p̄sidiis. semp te habeant in corde nascentem. quē purificati p baptismū